



1620  
M. D. C. I. X.

THESES THEOLOGICÆ,  
**EX VNIIVERSIS**  
**D. THOMÆ PAR-**  
**TIBVS, IN ACADEMIA**  
**INGOLSTADIENSI AD DI-**  
**SPVTATIONEM PVBLICAM, ANNO**  
**M. D. C. I. X. Pridie Kal. Julij**  
propositæ:

RESPONDENTE.

CHRISTOPHORO SCHEI-  
NER, SOCIETATIS IESV,  
SS. THEOLOGIA  
Studioſo.



INGOLSTADII,

*Excudebat Andreas Angermarius.*

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13



IHS

EX SYMMAD. THOMÆ.

Prima Thesis.

THEOLOGIAE subiectum in Quo, est intellectus viatoris de Quo Deus, obiectum formale Quod attributionis, Deus reuelatus, formale Quo, reuelatio diuina. Speculativa est & practica, essentialiter neutra adaequata. Sua luculenter non demonstrat, sed tuctur, firmum argumentum trahit ex solo sensu literali radicaliter.

2. Estantem Deus id, quo melius esse cogitariq; potest nihil, unde sit ipsum existere à se necessariò, ab aeterno, immutabiliter, vnum, verum, bonum, simplicem, perfectum, immensum, infinitū, intelligentē, omniscium, omnipotentē, liberum ad ea quæ sunt extra se, omnipresentem, etiam spatio imaginario extra vniuersum.

3. Beatus est Deus, quia se videt, non quia alia; nec alia videt, quia se: quoniam alia videt extra se purè quidem possibilia, simplici intelligentia, futura, vero scientia visionis; eaq; utraq; vel practica vel speculativa, hæc libere, illa necessariò. Cui utriq; subordinatur voluntas, huic omnipotenti, cuius obiectum est sola rerum existentia in aliqua temporis differentia, Malitia Deus in se ipsum cognoscit.

4. Idea scientia Dei practica, in ipso multiplex non est, sed in solo viatorum intellectu, libere futura Deus non videt in causa, sed ex vel cū causa; & hoc quia ipse infinitus in cognoscendo, & omnis res in se determinata habet veritatem in essendo, ali quando. Eiusdem numero propositionis veritas falsitasue invariabilis est.

5. Voluntas Dei est pura voluntio, sicut intellectus intellectio, & sic de reliquis. Respectu merè possibilium libera non est quoad specificationem actus, est tamen quoad exercitium. Impossibile est in Deo esse puram omissionem. Si nulla res esset possibilis, Deus non diceretur omnipotens, esset tamen res, quæ iam dicitur omnipotens. Si omnipotentia Dei faceret simul, quecunq; vñquam potest, non esset exhausta. Vt facta Deus infecta faciat, implicat in adiectione.

6. Prouidentia Dei perfectissima se esse maximè exerit, in creaturis rationalibus ad vitam aeternam infallibiliter libere tamen ordinandis; quod fit per prædestinationem; cuius processus adæquatus est hic. 1. Scientia Dei conditionata de libero consensu, si arbitrio daretur tale auxilium. 2. Decreeum gratuitum illud suo tempore conferendi. 3. Visio collati huius doni. 4. Consensus liber arbitrij. 5. Visio eiusdem. 6. Præparatio & collatio gratiæ sanctificantis. 7. Merita cum finali perseverantia. Peccati permisso prædestinationis effectus non est. Electio resoluta ad gloriam propter merita, sine præuisis meritis, vel reprobatio ab eadem sine demeritis, impossibilis esse videtur.

7. Cum Deus sit purè spiritualis & necessaria substantia, idcirco plures processiones vel specie vel numero, quam duas, easdemq; intellectu & volitionem dari, est impossibile. Tres sunt personalitates, quatuor relationes, quinq; notiones; omnia simplex Deus. Processionis terminus. Qui seu totalis est persona producta. Quo personalitas loquitur.

8. Ge-



Univ. Bibl.  
München

8. Generatio Filij à sola Patris est intellectio; processio Spiritus sancti, à Patre simul & Filio voluntate. Generatio producit terminum à se diuersum, similem q̄ generantem, non in natura tantum, sed & in persona, in quantum hac ab eodem est diuersus; quia representativa est Patris imago. At verò spiratio producit sibi idem in natura, dissimile tamē in personalitate; Amorem scilicet notionalem. Etiam si Pater nihil possibilium intelligeret, generaret Filium.

9. Essentia diuina à personalitatibus re inter se distinctis, solaratione nostra differt; & hoc est Trinitatis Mysterium: cui simile reperitur in Patre & Filio, duobus scilicet personis realiter distinctis in unum simplicissimum Spiratorem coextibit;

10. Conceptus Deitatis non est conceptus relationis. Relatio est perfectio simplificiter simul per processio diuina est, p̄priè relatio, nō autē actio aut passio. Subsistens in diuinis absoluta impossibilis est. Nostro intelligendi modo, prius Pater intelligit mere possibilia, quam generet Filium: quo & Spiritu sancto prior est origine, non dignitate vel natura.

11. Hactenus de Deo; nunc de factis à Deo in Deum tāquam finem ultimū: quorum alia quidem ratione destituta ab eodem aberrant nunquam; alio verò, quia cognitione prævia sponte agunt, ab illō metu liberē se diuertunt.

12. Finis propriè dicitur, est id cuius gratia cetera sunt, ab intendente illum. vnde soli ratione prædicti propter finem agunt; qui est vel operantis vel operis. Electio & intentio semper duæ sunt actiones. Ultimus finis omnium est solus Deus; visio Dei, solius intelligentis est creature.

13. Cuius beatitudine formalis est sola Dei solius intuitiva cognitione, vitaliter & necessariè causaliterq; elicita ab intellectu per lumen gloriae habitualiter confortata. Hunc finem intendit homo solis voluntiōibus efficacibus honestis: peccata enim in ipsum, etiam abstractè sumptum vlo modo referri, improbabile est.

14. Mensura moralis, visionis beatitatis est meritum vel proprium absolute, vel alienum applicarum; physica, solum gloriae lumen intellectui communicatum. Quo ipse instruit; aut etiam specie impressa Dei, quam possibilem esse arbitramur, Deū clare videret, eadem numero beatitatem fruatur, etiam si hodie, v. g. per impossibile, vel terum omnia in possibilitas cessaret, vel Deus ipse actu non existeret.

15. Visio Dei est formalis animæ sanctitas, sed nō sola, impeccabilitatem & amorem Dei necessarium generat: quia stante, amor tolli potest; impeccabilitas non potest. Tristitia non generaretur, tametsi sciret videns Deum, post horam se non visurus. Meremur hanc visionem solo opere spontaneo libero.

16. Spontanem, ut bestiis erā proprie conuenit, est id, q̄ procedit à principio intrinseco prævia cognitione. Radix eius in homine est altera, voluntas in opus actualiter influens, directe, indirecte, physicè, moraliter; altera, intellectus præcognoscens. Alterutra harum simpliciter deficiente, quod contingit aut ignorantia antecedente, aut voluntate non concurrente, opus sit in voluntarium simpliciter: alter, secundum quid tantum, quod sit ignorantia consequente, aut simplici voluntatis auctoritate. Omnis effectus lege impediendus, scienter non impeditus, est indirecte voluntarius: effectus nulla lege prohibitus, consulto non impeditus, non est voluntarius;

17. Christo Martyribus sua mors nec voluntaria fuit, nec violenta. Violentum enim solum est, cui vitali volitione resoluta reluet; vnde impossibile est, ullam volitionem esse violentam, & nihil ex metu præcisè factum, esse in voluntarium etiam secundum. Quid, nisi simul contra simplicem voluntatis effectū, hinc omnes contrari, ex solo metu inqualidi non sunt, sed vel iuriis dispositione, vel aliis circūstantiis.

## Theses Theologicae.

21. Nullū bonum quia tale, sub odium; nullū malum, vt sic, cadere potest sub amorem; nec impossibile cognitum, potest eligi; nec vlla vo litio stat, aut sit, sine actuali cognitione. Cūq; pura vitalis omissione sit impossibilis, idcirco voluntas in obiectū sub solis prosecutionis motiuis propositū, non potest non ferri: sub utrisq; potest non ferri: sub fuḡ solius, non potest ferri. Vnde paret, cur amor beatorum, motus primi primi, volitioes infantū, amentium, dormientiū, &c. sint necessaria, cur denique voluntas puri viatoris etiam ad bonum infinitum sit libera.
22. Omnis actionis voluntariae moralitas est sola libertas: bonitas autem mali tiae (quæ quidem sunt de essentia), conformitas disformitasue ad naturam rationalem, ei siue dictamen: multiplicantur specie, ex solis circumstantiis quæ sunt cōtra vel iuxta speciale praeceptum rationis; remissio & intensio aggravant solū. Eadem est numero bonitas actus eliciti & imperati, & ille solus si efficax sit in se, in oculis Dei tantum valeret sine hoc, quantū cum ipso. Idē numero actus internus, nō potest mutari à bono in malum moraliter, potest in non bonum moraliter. Idem numero actus externus, potest esse tam successiū quā simul bonus & malus, respectu diuersarum ejusdem voluntatis conditionum.
23. Conscientia est practicum à me agendorum fugiendorumque iudicium; vel certeoneum, vel verum; hoc abijcere vel non audire; illud, si vincibile est, audire, vel non deponere, nefas. Quamcumq; opinionem vere probabilem in omni materia, contraria probabilitatem, tuò in suo genere amplectar; & consitentem à sibi probabili sequenda inuitum diuellens, peccato. In propriè dubio faciundorum tutiorem, in dubio iuris, post sufficiens examen, sequar partem utramlibet. Neq; peccat, conscientiam paret consulenter, non audiens. Estib⁹ volito diuino tenet, non conformari, estib⁹ de conformari non tenet.
24. Iudicium proponens rem sub motiuis honesti vel cupidis & eternæ lege, præcepit veritatem, est sola ratio superior; sub motiuis noxiis velisue solius temporalis indifferenti, est ratio sola inferior; sine illa modo prævia formaliter, & prætentie vel explicite vel confusè, peccati non potest; aliter statuendum de errore & inconsideratione. Esta autem omne peccatum actuale contradictione sine dissimilitudine voluntaria liberata contra aliquam legem. Vnde pura omissione quæ peccatum sit, dari non potest. Omissionis pura veritas causa libera est peccatum, actus consequens vel comitans, ex hoc peccatum non est. Libertas actualis, actum peccaminorum in esse liberi formaliter constituens, à Deo ut causante, non est.
25. Peccatum habituale personale, est moralis quedam voluntaria permanentia actualis peccati, nondum satis retractati vel à Deo remissi. Eius malitia, Dei offensio; est postiuia quedam moralitas, ad modum cuiusdam documenti, quod voluntas peccatoris infert Deo, quantum est ex se; vel, est violatio diuini præcepti. Dico disiplicens; à quā homo denominatur peccator. Originalis peccati causa effectiva, est insobedientia Adami. Tot sunt matræ quo peccata, & vice versa. Idem numero actus potest esse non peccatum, peccatum veniale, peccatum mortale.
26. Pæna damni in omnibus mathematicè æqualis, affligit inæqualiter. Pæna sensus esse potest maior in eo, qui unum leuæ mortale cum mille, v. g. venialibus lutit, quam qui decem non leuia mortalia, cum uno veniali: tametsi huic per se punitio æterna non adhibetur. Peccatum pro pæna peccati à Deo non infligitur. Peccatum est, quia lex posita est, non autem posita lex est, quia peccatum est.
27. Lex omnis est legitimè superioris propriè dictum imperium, sufficienter promulgatum. Duplex est, naturalis & positiva; quæ rursus humana est & diuina; hæc vetus & noua; illa ciuilis & Ecclesiastica. finis legis, bonum subditorum; sine hoc, lex

## Theſes Theologicae.

1. Ilex nulla. Ignorans inuincibiliter legem & non seruans, quia non ligatur, sicuti nec exemptus, non peccat: positiua naturali superaddita, nouam obligacionem non inducit.

25. Pontifex totam Ecclesiam reclamantē, iustē ligare potest, lege positiva: plena potestate Princeps à legibus suis immunitis est. Omnis consuetudo ut vim legis obtineat, si rationabilis, præscripta tempore, habeat scientem, connuentem & consentientem, ut ipsa obligeat, legislatorem; & sic ligat, etiam contra oppositam legem; aliter valor eius nullus. Cessat lex vniuersum abrogatione, abitu obituum legislatorū sine successione, contraria lege, ratione legis late tota, cœslante; priuatim aut ignorantie inuincibili, aut dispensatione licita, cum causa, valida sine causa. In lege natura Deus dispensare non potest.

26. Actualis Christi gratia efficax est vnicā operatio vitalis, semper intellectus, aliquando etiam voluntatis, multiplex functione: cuius physica coëxistentia antecedenter, comitantur & subsequenter requiritur ad omne opus honestum; in quod influit moraliter non physicè, multiplicatur ad multiplicationem operum. Impotencia arbitrij ad bene operandum ex Adami lapsu orta, est huius potissimum gratiae carentia: quæ Christo non nascitur, probabilitate nulli fuisse data, eo quod hominum esset nemo viator ad vitam, à mere sufficiente differt, sola arbitrij cooperacione.

27. Homo quius liber etiā sine gratia Christi in omni statu potest & tenetur obseruare singula & omnia naturalis legis præcepta: at instrutus efficaci, obseruabit meritorie de conguro peccator, de condigno iustus: quem formaliter constituit gratia sanctificans, cum qua peccatum, sine qua eius remissio, stare nequit. Meritum de condigno est opus iustificatoris ex gratia efficaci liberè patratum. Perseuerantia finalis, est physica gratia habitualis cum termino via coniunctio, eius donum speciale, subest arbitrio adulti. Iustus sui reparatiōem post lapsum nullo modo meretur.

28. Fidei Theologice formale ac primarium obiectum Quo, est sola Dei externa verax obscura reuelatio, priuata vel publica; in quam sit ultima credendi resolutio: nec unus assensus est, quo credo rei reuelatae, & reuelatione de illa facta: nec idem ab eodem sciri simus, & credi potest. Quod Papa præmissa prudenti inquisitione declarat deside esse, deside est: est supra Concilium generale, cuius decreta illo refragante, irrita, sunt. Eodem charitatis habitu diligimus Domini pro parte, & proximum propter illum: sunt vero diuersæ speciei amor Dei pro parte, & amor proximi propter Deum: Inter proximos autem absolute loquendo, magis tenetur diligere amicos quam inimicos, ac ceteris paribus, melior est illorum, quam istorum dilectio.

29. Iustitiae suū vnicuique tribuenter, distincta species non est, Vindicatio. Contra passū vel iustū sit, & queratur geometricè non arithmeticè. Oritur restitutionis obligatio, ex sola Communitate & Distributio, violatione eius præceptū negatiū est potius.

30. Damnificans aliū graviter præter intentionē cum peccato solum veniali, tenetur ad restitutionē sub mortali iniustitia restitutionē inducēs committatur oportet, aduersus damnum suū. Hinc negat: Confessarius nō monens conscientē debitorem, tenetur creditori, neque reus negat eis crimen, fisco aut iudicii ad quidquā. Qui quidem interrogatus illegitime, aut dubitans de hoc, licet eludit iudicem, legitimè ad gravissima tormenta verosimiliter evadenda, fatari probabiliter non tenetur sub mortali, negans bona fide crimen non committendum in posterum, relinquendus in eadem

31. Inuictus quiscumque in iustū (etiam qui causam dedit, aut Clericus) per modum inculpatæ tutelæ sui suorum ueaut alienorum quoque honorum maximi momenti,

inuasorem, & cum eo innocentem, si aliter nequeat, praeter tamen intentionem, potest occidere. quod idem in innocentem a seorsim ob eadē causam possit. problema est. Sui occisio directa non est iniustitia nisi legalis; indirecta quasi permisiva aliquando est licita. An damnatus ad haustū vénēti possit ipse sumere; problema est.

32. Pluralitas beneficiorum speciem mali pte se ferens, repugnat sine causa rationabili iuri naturæ. In Extrau. Ioan. 22. Cap. Execrabilis. Cohonestat necessitate, vtilitate communis, dispensatione Suffici Pontificis cum causa, alias non valitura. Concl. Trid. fess. 23. 24. & 25. Superfluorum Ecclesia bonorum dominium penes Clericos non est, sed utilis & pia dispensatio legata in profanos usus rescindere tenet in conscientia.

33. Curati, Sacellani, Concionatores, Cooperatores, &c. solo iure positivo tenentur ad restitutionem ob omissas horas canonicas; at vero Canonici, quia aliud pertinunt; officium non subeunt, etiam iure naturæ derogavit autem alicubi consuetudo loco solum & modo, non autem substantiæ precum recitandarum. Titulus beneficii inqualide, ob impedimentum occultum collati, revalidatur sola vel collatione noua, vel dispensatione illi æquivalente. Quando iura dicunt, sit priuatius ipso facto beneficio, priuat solo titulo beneficij, fructuum spoliationem iudici commitunt: nisi aliud addatur.

34. Suspicio temeraria in nulla materia peccatum mortale est per se. Alium verē fallōne infamans, tenetur retractare, & pro re nata, iure iurando, cū periculo vitæ, dicendo fementitum esse. Mutua infamatio à restitutione non excusat; secus se habet mutuum furtum, vel vulneratio.

35. Sententia iudicis damnans legitimè probatū innocentem, scitum priuatim innocentem, in foro conscientiæ non ligat, sed tantū in externo. Præscriptio iusta sit de re præscripibili, possessa bona, sive tanquam propria, tempore debito, sine interrupzione; secus, præscriptio nulla. Est, quando quis de alieno sibi satis faciat; est quādo proprium domino non reddat. Promissio seu donatio iuramento, stipulatione, vel acceptatione firmata, parit ciuilem obligationem, alias nequaquam.

36. Cultus Sanctorum Dulia, Dei latria dicitur; estq; hæceruitum Deo vt excellenti debite volirum. Coluntur autem tam hic quam illi in imaginib; quoq; suis, serlio & cum interno animi affectu, relatiuè tamen adoratis.

37. Voti solennitas est solum formula ab Ecclesi: ita rōuendo prescripta, qua unica solenne à simplici recedit; quo dñnum ad essentiam Religionis sufficit, nullū votum ex sua natura Matrimonium irritat, aut rerum dominium, &c. Minimam partē rei iurate non præstans, delinquit tantum verialiter: totam paruam rem iuramento promissam, non præstans, an peccet mortaliter, problema est. Pro labore sacro aliquid accipi potest.

38. Possibilitas Incarnationis, vel eius existentia, supposita per revelationem possibiliter & futuri tione, indagatu est; impossibilis vli creature naturaliter. Est autem Incarnatio, Verbi diuini cum natura humana personalis vniō; cōstat ex unionibus partialibus, quæ sunt Verbi ad corpus & animam, quibus modum ipsa aliquem superaddit, terminatur ista vniō ad Verbum, inherens Humanitati tanquam modus substantialis.

39. Verbum per se & in immediate vnitum est; animæ, corpori, eorumq; partibus substantialibus, includendo etiā quatuor humores, capillos, vngues, &c. Vnito animæ cum Verbo & creatio in te ipsa differunt. Cum ceteris Humanitatis accidentibus & operationibus, Verbum mediata solum est vnitum.

40. Quod factum nihilominus est ut opera Christi valorem simpliciter infinitū cōtraherent, ad redimendum, merendum & satisfaciendum abundantissimè de condigno ex iustitia, propterea quod procederent à persona infinita, eidem incēscent, ab eadem libere offerrentur. Intensior valor aut et equalē ipsi præmiū, est impossibile; nec tamen ideo acceptari à Deo debuit necessario;
41. Substantiam Incarnationis nemo meruit, de circumstantiis saltem non ira liquet. Fieri potuit ut illam mercretur Humanitas Christi. Natura aliena soli personalitati increata, & si daretur subsistentia, est assumptibilis, essentia terminabilis. Una humanitas pluribus hypostatis, aut una hypostasis pluribꝫ unita humanitatibus, constitueret simpliciter unum hominem.
42. Christus visione beatifica vides, quidquid Deus scientia visionis; quem non comprehendat. Potuit anima Christi facere, quidquid efficaciter à se fieri voluit. Aut autem in instrumentum Verbi fuerit physicum an morale ad miracula, &c. cōtroversitur: utrumq; probabiliter dici arbitror: quia quidē physicè operans supra naturā, & tempore & loco etiam modo quodam coexistere suis effectibus debuit. Creationis & annihilationis instrumentum assumū vīla creatura non potest à Deo, secundū D. Thomam. Si Humanitas Christi sicut omnipotens, moueri loco non potuit: nec ergo nasci. &c.
43. Formalis intrinseca Christi peccandi impotentia ex unione hypostatica orta, non sustulit in eodem plenam ad merendum libertatem. Principium Quod Medicatrix est Deus homo. Quo humanitas, conferens valorem Diuinitas. Christus homo, secundum quod homo, est verè Dei Patriq; seruus, & filius naturalis nō adoptiūus: cuius filiatio, an sit relatio realis an rationis, problema.
44. Sacramentum generalissimum, est signum ex instituto diuino practicū gratiæ sanctificantis. Constat essentialiter rebus & verbis (in noua saltem lege) quæ sunt materiales; & horum significatio, quod est formale: quod quidem nunquam pendet ex intentione Ministri, verba utrumq; percurrentis, sed ex sola illorum hic & nūc significatio.
45. Vnde ad valorem cuiusq; Sacramenti requiruntur & sufficiunt; intentio seria absoluta, saltē virtualis rā in Ministro faciendo quod facit Ecclesia vel fieri vult Christus, quam in fuscipiente adulto etiam infideli tunc & incredulo, accipiendi quod illa vel iste dat. Et sic quidem erit Sacramentum informe, quod remora fictione cōferer gratiam vel primā vel secundam cum auxilio gratiae speciali pro ratione sua. Non ponentes obicem accipiunt gratiam ex opere operato in ultimo esse indivisiibili Sacramenti.
46. In lege naturæ remedium tollendi originalis à parvulis, ordinatum à Deo, fuit sensibilis non tamen certa, pro omnibus cérémonia; cui succedit ex parte, in Mosaiaca Circumcisio; hanc exceptis Baptismus in noua; omnia vera Sacraenta, infantibus gratiam conferentia ex opere operato, adhibita per quemvis cum debita conferendi intentione; etiam si nec actualis nec habitualis extaret fides in tota Ecclesia. Alter ratiocinandum de adultis.
47. Baptismus in voto implicito est omnibus medium salutis necessarium. Minima aquæ guttula non sufficit. Infanteq; in flumen abiiciens, & formam cum intentione baptizandi effert, baptizat. Baptismus mortem accelerans, in necessitate potest & debet adhiberi. In nomine Christi, solum vel nominibus personarū, non valet. Si duo baptizent ita, ut terq; velint, si alter nolit; aut unus formam alter matrem adiubeat, nihil fit. Hæreticus ita baptizans, ut velint facere quod sua vera faciat.

Ecclesia, non quod Rōmana fallā (v̄t ipse credit) iam validē, & ordinaciē quidē baptizatiam non validē, & hoc rato.

48. Eucharistia vnum in individuo Sacramentum, est medium salutis inrahēt necessarium, non simpliciter, nec in voto quidem. Minima & maxima panis quantitas intelligibilis, est per se confecrabilis. Corpus Christi p̄f̄sens est etiā sub individuū specierum infinitis potentia: vbi maneret, etiam si alibi non existeret. Trāsubstantiatio est conuersio substancialis panis in corpus Christi; eadem est pariter Sacrificium formaliter; de essentia vero Sacrificij est consumptio.

49. Et si sacerdos sub specie sanguinis nouam gratiam Sacramentalem acciperet, quod non fit, interdici tamen eius vsus laicis iure potuisset. Minima guttula consecrata dolio vini permixta, aliquando interibit, aliquando non. Materiale Sacramenti penitentiae, relapsis mortaliter post baptismum simpliciter necessarium, est omnis peccati, à baptizato commissi etiam remissi cogniti, contritio, confessio, satisfactio, absolutio; formale, horum significatio.

50. Obiectum virtutis specialis penitentie materiale est peccatum, formale ut offensiu Dei, aliquo modo emendabile. EIus actus p̄cipuus est perfecta contritio, aliquo modo amoris Dei coniuncta, qua peccatorem tantum dispositivè iustificat. P̄ceptus est per se homini iniustè non tantū in articulo mortis, sed etiam in reliqua vita. Injustus nec pro suis nec pro alienis peccatis condignè potest satisfacere. Omnia merita reducit iustificatio. An durante actuali cognitione plurimum peccatorum possit expressa, perfecta contritio haberi de uno & non dealiis, problema.

*Omnia ad maiorem D̄e i gloriām.*

Cum facultate Superiorum.

